




BEATIFICACION DEL SIERVO DE DIOS SIMON DE ROXAS,

Sacerdote Professo del Orden de los Frailes de la SSma. TRINIDAD Redempcion de Cautivos.

CLEMENTE PAPA XIII.

Para perpetua memoria.



NOS AMONESTA Pedro Principe de los Apostoles, Llavero del Reino de los Cielos, que caminemos en este mundo como extraños, y peregrinos, absteniendonos de los carnales deseos, que batallan contra el espiritu, para que, en lo que nos queda ya de tiempo, no vivamos en esta carne para los deseos de los hombres, sino para la voluntad de Dios. Debiendo pues, considerar-

BEATIFICATIO SERVI DEI SIMONIS DE ROXAS,

Sacerdotis professi Ordinis Fratrum SS. TRINITATIS Redemptionem Captivorum.

CLEMENS PP. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.



ADMONET NOS Claviger Regni Cœlestis Apostolorum Princeps Petrus, tamquã advenas, & peregrinos conversari in hoc sæculo, abstinentes à carnalibus desideriis, quæ militant adversùs animam, ut jam non desideriis hominum, sed voluntati Dei, quod reliquum est temporis, in carne vivamus. Considerandum igitur, & assiduè cogitandum, non habere hic nos

I. Pet. c. II. v. 11.

Ibid. c. IV. v. 1[illegible]

derarse, y meditarse continuamente, que no tenemos aqui una Ciudad permanente, sino que buscamos una futura; que estamos detenidos en la tierra, brumados con el peso del cuerpo, y que nuestra conversacion està en los Cielos. [Heb. c. XIII. v. 14.] Que alli es donde conviene aplicar, y convertir todos nuestros pensamientos, y cuidados: y hallandonos desterrados, darnos priesa para volver à la Patria. [Philipp. c. III. v. 20.] Porque acordandonos ya, que haviendo renunciado en el sagrado baño del Bautismo de Satanàs, y del Mundo, de sus pompas, y artes, debemos huir todos los diabolicos contagios, y seguir las cosas santas, rectas, y divinas; menospreciar todo lo mundano como ageno, desear solo lo soberano; despreciar lo temporal, buscar lo eterno; enfadarnos de lo terreno, y lo celeste amarlo. Todo esto exactamente compleiò, y perfeccionò en sì el Siervo de Dios SIMON DE ROXAS mientras morò en esta mortal vida, ayudado de la divina gracia, instruido en los Apostolicos preceptos, y enseñado en las celestiales doctrinas. Porque haviendo vivido santa, è innocentemente la puericia, y la adolescencia para apartarse mas de los mundanos bullicios, entrò en el Orden de los Frailes Calzados de la Santissima Trinidad Redempcion de Cautivos, y haciendo en èl los Votos solemnes de castidad, pobreza, y obediencia, renunciando de buena gana, y despidiendose de la concupiscencia de la carne, de la concupiscencia de los ojos, y de la soberbia de la vida, [I. Joan. II. 16.] dedicò al Dios immortal a sì mismo, y todas sus cosas, y assi libre, y desembarazado de todo lo que el mundo ofrece, cumpliendo en obra lo que havia prometido de palabra, emprendiò como generoso luchador el arduo camino de la perfeccion Christiana. Mas exforzado con el divino auxilio, y sostenido con el patrocinio de la Bienaventurada siempre Virgen Maria, à quien professò una cordial devocion, y un humilde afecto, creciendo cada dia de virtud en virtud, y principalmente en el exercicio de la humildad, en el

amor,

nos manentem civitatem, sed futuram inquirere; corporis quidem pondere gravatos in terris detineri, sed conversationem nostram in Cœlis esse. Illuc cogitationes, ac curas omnes conversas, atq; intentas esse oportet, & peregrè constitutos properandum in patriam regredi. Nam memores jam in sacro Baptismi lavacro Satanæ, & Mundo, ejusque pompis, atque operibus renunciasse, debemus diabolica omnia vitare contagia, sancta, recta, ac divina sequi; mundana omnia veluti aliena respuere, superna solùm desiderare; temporalia despicere, æterna quærere; terrena fastidire, cœlestia amare. Apostolicis præceptis instructus, & cœlestibus disciplinis eruditus id totum, donec in mortali corpore moratus est, divina opitulante gratiâ, SERVUS DEI SIMON DE ROXAS eximiè in se completum, ac perfectum ostendit. Etenim pueritiâ, & adolescentiâ piè, ac innocenter exactâ, quò longiùs se à mundanis rebus abduceret, ingressus est Ordinem Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Calceatorum nuncupat., & in eo votis castitatis, paupertatis, & obedientiæ solemniter emissis, renuntians ex animo, ac vale dicens concupiscentiæ carnis, concupiscentiæ oculorum, & superbiæ vitæ, se, suaque omnia immortali Deo dedicavit. Atque ita ab omni eo, quod in mundo est, liber, & solutus, quod ore promiserat, opere adimplens, arduum Christianæ perfectionis iter generosus athleta arripuit. Divino autem auxilio roboratus, & patrocinio Beatæ Mariæ semper Virginis, erga quam intima animi devotione, & humili ferebatur affectu, suffultus, quotidie de virtute in virtutem proficiens, & præcipuè in humilitatis studio, in paupertatis amore, misericordiâ in miseros, charitate erga Deum, fide, spe, aliisque virtutibus, mirum, in modum adeo progressus est, ut non solùm inter suos, sed etiam apud omnes Hispaniæ populos sanctitatis fama latè clavesceret. Hac autem permotus cl. mem. Philipus III. Hispaniarum Rex

Ca-

amor de la pobreza, en la misericordia con los Pobres, en el amor de Dios, en la fee, esperanza, y demàs virtudes, de tan gran manera caminò adelante, que no solo entre los suyos, sino tambien en todos los pueblos de la España difundiò largamente la fama de su santidad. Movido de esta Phelipe III. de ilustre memoria, Rey Catholico de las Españas, lo llamò à su Real Palacio para que en el peligroso gobierno de tantos Pueblos le ayudasse entre los de su casa con oraciones a Dios, con amonestaciones, y consejos para que en el dificil cargo del gobierno, como en resvaladizo, y falaz camino pudiesse seguramente dirigir su vida al Señor. Puesto, pues, assi el Varon de Dios en el Real Palacio, iluminò como antorcha sobre el candelero à los que yacian en las Tinieblas del siglo, y guiò con su exemplo à los que havian emprendido el camino de la salud. Porque entre las palaciegas delicias, y reales honras el Siervo de Dios SIMON, que haviendo vuelto la espalda à las cosas mũdanas, y terrenas, y del todo despreciadolas, buscaba á Jesus fuera de las trincheras de este mundo, llevando su improperio en la Cruz del Sr. no tuvo mas pensamiento, ni cuidado, que buscar la gloria de Dios, y la salud de las almas. Por lo qual para imprimir en los corazones de otros el temor, y reverencia de la divina Magestad, y abstraherlos, quanto era de su parte, del amor de lo terreno para la dileccion del Señor, no huvo trabajo, diligencia, industria, ni solicitud, que animoso, y fuerte, segun sus admirables hechos testifican, no aplicase contra los impetus diabolicos, y falaces atractivos del Mundo, y de la carne. Mas para que los exemplos de tantas excelentes virtudes del Siervo de Dios, que en los dias de su peregrinacion ayudaron en tanto grado à los hombres, que vivian en aquella edad, puedan tambien aprovechar à los venideros, Nos, que por la dignacion divina gobernamos, aunque sin merito, ni fuerzas toda la Grey del Señor, aplicámos nuestra Apostolica au-

Catholicus eum in Regiam Aulam accivit, ut in periculoso tot populorum regimine, & orationibus apud Deum, consiliis, & monitis inter homines adjuvaret, quò in difficili regnandi munere, veluti in lubrico, & fallaci itineri rectum vitæ suæ cursum ad Dominum tutò dirigere posset. Itaque Vir Dei in regali Aula positus, tamquam lucerna super candelabrum jacentibus in tenebris sæculi lumen attulit, & ambulantibus in via salutis exemplo suo præluxit. Nam inter aulicas delicias, regiosque splendores, SERVI DEI SIMONIS, qui jam animo exiverat ad Jesum extra castra hujus sæculi, improperium ejus, nempe Crucem Domini portans, humanis, ac terrenis rebus posthabitis, penitusque abjectis, una cogitatio, & una cura fuit gloriam Dei, & salutem animarum procurandi. Quare, ut aliorum animis divinæ Majestatis timorem, ac reverentiam ingereret, & ab amore terrenarum rerum abstractos ad dilectionem Dei, quantum in se erat, adduceret, nihil fuit laboris, diligentiæ, industriæ, ac sollicitudinis, sicut insignia ipsius facta testantur, quod strenuus, ac fortis contra diabolicos impetus, & fallaces mundi, & carnis illecebras non impenderit. Ut autem tot excelentium virtutum SERVI DEI exempla, quæ in diebus peregrinationis suæ viventes ea ætate homines adeo juverunt, posteris quoque prodesse possint, Nos, qui superna dignatione universo Dominico gregi, licèt merito, & viribus impares præpositi sumus, Apostolicæ servitutis Nostræ partes esse ducimus, tanti Viri honorem, atque venerationem ad Omnipotentis Dei Gloriam, & Ecclesiæ suæ decus ac spiritualem Fidelium ædificationem, quantùm Nobis ex alto conceditur, promovere. Cùm itaque maturè, diligenterque discussis; at- que

authoridad para promover, segun se nos concede de lo alto, el honor, y culto de tan gran Varon, para gloria del Omnipotente Dios, honra de su Iglesia, y espiritual edificacion de los fieles. Y assi haviendose prudente, y diligentemente visto, y examinado por la Congregacion de nuestros Venerables Hermanos los Cardenales de la Santa Romana Iglesia, Directores de los Sagrados Ritos, el processo, que canonicamente, y segun derecho se hizo de la vida, santidad, y virtudes heroicas con q el Siervo de Dios SIMON resplandeciò: y visto los milagros, que se afirman haver hecho Dios por su intercession para manifestar su santidad à los hombres; la misma Congregacion ante Nos celebrada, fue de parecer unanime, y conformemente, que podiamos quando nos pareciese, declarar BEATO al dicho Siervo de Dios con las acostumbradas gracias, y privilegios. De aqui es, que Nos, condescendiendo con paternal benignidad à las suplicas, que para ello humildemente se nos han hecho por parte de N. Charissimo Hijo en Christo Carlos, Rey Catholico de las Españas, por parte de Nra. mui amada Hija en Christo Isabel, su Madre, Reina Viuda de las mismas Españas, y de N. amantissimo Hijo en Christo Fernando, Rey de las dos Sicilias, Hijo, y Nieto de Carlos, è Isabèl, y tambien de todos los Venerables Hermanos Arzobispos, y Obispos de las Iglesias de los Reynos de España, y finalmente de los Frayles del Orden de la Santissima Trinidad, Redempcion de Cautivos, por el tenor de las presentes, de acuerdo, y comun consentimiento de los mencionados Cardenales concedemos, y permitimos con authoridad Apóstolica, que el mismo Siervo de Dios SIMON DE ROXAS, se llame en adelante BEATO, y que su Cuerpo, y Reliquias (sin que se saquen en processiones) se expongan à la veneracion de los Fieles. Que tambien sus Imagenes se adornen con rayos, y resplan-

que perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum processibus ritè, ac rectè confectis super vita, sanctitate, & virtutibus heroicis, quibus idem SERVUS DEI SIMON multipliciter claruisse, nec non miraculis, quæ ad ejus intercessionem, & ad manifestandam hominibus illius sanctitatem à Deo patrata fuisse asserebantur, eadem Congregatio coram Nobis constituta, auditis etiam Consultorum suffragiis, uno spiritu, unaque voce censuerit posse, quandocumque Nobis videretur, prædictum SERVUM DEI BEATUM declarari, cũ consuetisgratiis, & indultis. Hinc est, quod Nos piis, atq; enixis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, tùm etiam charissimæ, in Christo filiæ Nostræ Elisabethæ earundem Hispaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ ejus Genitricis, & charissimi pariter in Christo filii Nostri Ferdinandi utriusque Siciliæ Regis dictorum Caroli Regis, & Reginæ Elisabethæ respectivè filii, & nepotis, necnon universorum Venerabilium Fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum Ecclesiarum Regnorum Hispaniæ, ac totius insuper præfati Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis paterna benignitate annuentes, de memoratorum Cardinalium consilio pariter, & assensu auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus, ut idem DEI SERVUS SIMON DE ROXAS in posterum BEATI nomine nuncupetur, ejusque corpus, & reliquiæ venerationi Fidelium (non tamen in processionibus circumferendæ) exponantur. Imagines quoque radiis, seu splen-

plandores ; que se reze de el Oficio, y se celebre Missa de Confessor no Pontifice todos los años, segun las Rubricas del Breviario, y Missal Romano el dia veinte, y ocho de Septiembre, por estàr el dia veinte y nueve del mismo mes, en el qual el Siervo de Dios entregò su espiritu al Criador, impedido con la fiesta de San Miguél Archangel. Despues de esto concedemos à todos los Fieles de Christo, assi seculares, como Regulares, que estàn obligados à las Horas Canonicas, puedan de este modo rezar Oficio, y celebrar Missa solamente en los Lugares infrascriptos: conviene à saber en la Ciudad de Valladolid, donde el Siervo de Dios naciò; y en el Lugar llamado la Villa de Madrid donde descansa su venerable Cuerpo; y en una, y otra Diocesi Vallisoletana, y Toledana; y en todo el Orden de la Santissima TRINIDAD, Redempcion de Cautivos; assi de los Frailes Calzados, como Descalzos; y por lo que respecta à las Missas à todos los Sacerdotes, que concurriessen à las Iglesias de dicho Orden. Ademàs de esto solamente en el primer año, que empezarà desde la data de estas letras, y para Indias desde el dia, que alli llegaren en las Iglesias de los Lugares, Ciudades, y Diocesis, y del predicho Orden, concedemos el celebrar con Rito de doble mayor la solemnidad de la BEATIFICACION del mismo SIERVO de Dios, con Oficio, y Missa en el dia respectivamente señalado por los Ordinarios, y promulgado dentro de seis meses; pero con todo despues que se haya celebrado esta misma solemnidad en la Basilica del Principe de los Apostoles de Roma: para lo qual concedemos facultad de celebrar, y señalamos el dia diez y nueve del corriente mes de Mayo, sin que obsten las Constituciones, y Ordinaciones Apostolicas, y Decretos de *non cultu*, y qualesquiera otros en contrario. Pero queremos, que à los traslados

splendoribus exornentur, ac de eo recitetur Officium, & Missa celebretur de Confessore non Pontifice singulis annis juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romani die XXVIII. Septembris, cum dies XXIX. ejusdem Mensis, qua ipse SERVUS DEI spiritum Creatori reddidit, festo S. Michaelis Archangeli impedita reperiatur. Porrò recitationem Officii, & Missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus in locis dumtaxat infrascriptis, videlicet in Urbe Vallisoletana, ubi SERVUS DEI natus est, & in Oppido Matritensi Civitate nuncupat., ubi Venerabile ejus Corpus requiescit, & in utraque Diœcesi Vallisoletana, & Toletanâ ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus tam Sæcularibus, quam Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur; ac in toto Ordine præfato Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum tam Fratrum Calceatorum, quàm Excalceatorum nuncupat., & quantùm ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus ad Ecclesias ejusdem Ordinis confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno à datis hisce literis, & quoad Indias, à die, quo eædem literæ illuc pervenerint, inchoando, in Ecclesiis Locorum, ac Civitatum, & Diœcesum, & Ordinis prædictorum respectivè Solemnia Beatificationis ejusdem SERVI DEI cum Officio, & Missa sub ritu duplici majori die ab Ordinariis respectivè constituta, & intra sex menses promulganda, postquam tamen in Basilica Principis Apostolorum de Urbe celebrata fuerint eadem Solemnia: pro qua re diem XIX. currentis Mensis Maji assignamus, pariter celebrandi facimus potestatem. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac decretis de non cultu editis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu Secretarii prædictæ

lados de estas presentes letras, ò à los exemplares assimismo impressos, firmados de el Secretario de la dicha Congregacion de Cardenales, y sellados con el sello del Prefecto de la misma Congregacion, les dèn todos en juicio, ò fuera de èl la misma fee, que à estas presentes se les diera, si se expusieran, y manifestaran. Dado en Roma en Santa Maria la Mayor, baxo el Anillo del Pescador à trece dias del mes de Mayo de mil setecientos sesenta y seis, en el octavo año de nuestro Pontificado.

N. Card. Antonello.

ORACION.

Dios, cuya charidad difundida en el corazon del B. SIMON, resplandeciò en el afectuoso culto de la Santissima Madre de tu Hijo, y en las continuas obras de misericordia: Concedenos por su intercession, que encendidos con el mismo ardor de charidad, y protegidos con la defensa de la Beatissima Virgen MARIA, consigamos tu misericordia, por el mismo Jesu Christo Nuestro Señor. Amen.

Congregationis Cardinalium subscriptis, & sigillo Præfecti ejusdem Congregationis munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 13. Maji MDCCLXVI. Pontificatùs Nostri Anno Octavo.

N. Card. Antonellus.

ORATIO.


Deus, cujus Charitas in corde B. SIMONIS diffusa, eximio in Sanctissimam filij tui Genitricem cultu, & assiduis misericordiæ operibus enituit: illius intercessione concede, ut eodem charitatis fervore succensi, & B. MARIÆ V. tutela protecti, tuam misericordiam consequamur. Per eumdem, &c.



☞ Reimpressa, y traducida en Sevilla, à devocion del Señor Don Raimundo de Sobremonte, del Consejo de S. M. Oidor de la Real Audiencia de ella, de cuya Familia, y Casa en el Valle de Valderredible de las Montañas de Burgos, y de cuyo Mayorazgo, y Patronatos honorificos, en la Villa de Aguilar, es actual Posseedor su Hermano Mayor el Señor Marquès de Sobre-*Monte*, Comendador de la Oliva, del Orden de Santiago, Brigadier de los Reales Exercitos, Gobernador, y Comandante General de la Plaza, y Provincia de Carthagena en Amèrica, desciende tambien por Varonìa el Beato Siervo de Dios Simòn de Roxas, aunque usò de el Apellido de su Madre, como comunmente se practicaba en los tiempos de su nacimiento, y despues, como lo refiere el Coronista de su Vida, y otros de la Genealogia de esta Familia.

****

FIN.



CON LICENCIA.
En dicha Ciudad, en la Imprenta de Manuèl Nicolàs Vazquez, en calle de Genova.